



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

243. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

conjunxerint, & postea dixerit mulier de viro quòd non possit coire cum eo, si potest probare per justum iudiciu[m] quòd verum sit, accipiat alium.

De eadem re. *Ex Concilio ad Vermeriam temporibus Pippini Regis, cap. xvii.*

CCXLIII. Si qua mulier se proclamaverit quòd vir suus nunquam cum ea coisset, exeant inde ad crucem; & si verum fuerit, separentur, & illa faciat quod vult.

Concil. Vermer. c. 17.
Burchard. lib. 9. c. 41.

De eadem re.

CCXLIV. Si quis accepit uxorem, & habuit ipsam aliquo tempore, & ipsa femina dicat quòd non coisset cum ea, & ille vir dicit quòd sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir caput est mulieris.

Concil. Compend. c. 17.
Burchard. lib. 9. c. 42.

De eadem re. *Ex Concilio Triburienfi.*

CCXLV. Si duxerit vir uxorem, & concumbere cum ea non valens, frater ejus clanculo eam vitiaverit, & gravidam reddiderit, separentur. Considerata autem imbecillitate, misericordia eis impertiatur ad conjugium, tantum in Domino.

Concil. Tribur. c. 41.
Burchard. lib. 9. c. 43.

De fornicatione diversarum personarum.

Ex Pœnitentiâ Romano, Theodori Episcopi, & Bedæ Presbyteri.

CCXLVI. Adolescens si cum virgine peccaverit, annum pœniteat.
Si semel & fortuito casu, levigetur ei pœni-